



# In nomine domini amen

Ad perpetuam rei me

moriam. Nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lituaniae, Russie, Prussiae, Samogithie, & dominus & heres. Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quia pro eo amore et singulari affectione, qua Serenissima Principem domina Bonam Reginam Domini Illustris clare memorie domini Joannis Galiacij Ducis Mediolanensis filiam. Coniugem nostram charissimam prosequimur. Volentesq; etiam statum eius Matis, in Magno Ducatu Lituaniae in auctiorum facere. Castrum et Oppidum Pjinsk, cum curijs, et districtib; ad ea pertinentibus, que post obitum Vxoris Duci Phedori, filie olim Magnisci Ivanovice Jaroslawic, ad nos, nostram dispositionem iure caduco fuerunt suntq; deuoluta. Et quibus eundem Ducem Phedorum ex speciali gratia nostra ad eius uite tempora extrema, propter ipsius bene merita de nobis & predecessoribus nostris, et repu<sup>ca</sup> Magi Ducatus nostri Lituaniae reliquimus et conseruavimus, cum per mortem eiusdem Ducis Phedori ad nos reciderint et deuoluenter, una cum Castris Cleczowic Hrodek, Rohaczow, ac eorum Oppidis, Curijis, & districtibus. Necnon cum districtu Wjado, & alijs Curijis & districtibus quibuscumque, per presatum Ducem Phedorum ad presens possessis, quibuscumque nominibus appellatis, ex libera et spontanea sua donacione nobis per eum facta, ad nos etiam deuoluendis, eidem Serenissimo domine Bone Regine et Coniugi nostre charissime, dedicauimus, & contulimus, damusq; donamus. & conferimus Iuris nostris presentib; per ipsam Serenissimam Bonam Reginam. Arces ipsas, Pjinsk, Cleczowic, Hrodek, Rohaczow, cum eorum Oppidis, Curijis, et districtib;. Necnon cum districtu Wjado prefato, ac alijs districtib; et bonis, que idem Dux Phedorus tenet et possidet de presenti, cum omnibus et singulis eorum fructib; redditib; prouentibus, censibus, dacijis, tributis, ac daciariis, Boiaris, uillis, eorumque incolis seu Cmetomib; agris, cultis et incultis, ac terris aliorum bonis sese insinua. Ante atque rechonimi, pratibus, campis, pascuis, fluiis, nemoribus, mellificijs, et melle ex eis prouemente, venacionib; ferarum, aucupacionib; capturis castori, ac cum hominib; tam seruitia obeuntib; que, vel propter puthne vocantur, q; et in tributa et censu soluentib; cum familia libera, dacijis grossorum, maraurum, filiisq; et aliis, atque dyakli, lactibus piscinis paludibus, aquis, riuis, fluuijs, niscaturis, molendinis, et eorum emolumentis, ac pertinencijs, obueniencib; & utilitarib; quibuscumque generali vniuersis, quecumque nunc sunt, et in posterum humana industria fieri et excogitari poterint, nullis exclusis, nichil in illis penitus pro nobis et nostris successoribus reseruando, ac cum omnijure, dominio, et proprietate, et ita longe late et circumferentia, prout ipsa Castra, Oppida, Curie, districtus, & alia bona prefata omnia et singula in suis terminis et limitibus ab alijs bonis eisdem conterminis seu vicinis sunt distincta et limitata, et prout illa prenominata Dux Phedorus tenet, possidet, illis utitur de presenti, & sui predecessores illa tenuerunt et possederunt, ac eis usi fuerunt, post ipsius mortem ut premissum est, videntur habent, quieteq; et pacifice possiden, et utiuerentur, ac in suis usi beneplacitos conuerterent, prout Mati Reginali melius et utilius videbitur ex pedire, promittent pro nobis et heredibus ac successorib; nostris Magnis Ducis Lituaniae, q; prefatam Serenissimam Bonam Reginam Coniugem nostram charissimam, in dictis Castris, Oppidis, Districtibus, et bonis possidendis, et utiriendis, firmiter seruabimus, manutenebimus, et tuebimus, & successores et heredes nostri conseruabunt, & manutenebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Magni Ducatus Lituaniae est presentibus appensum. Acta ei die sancti francisci Anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono Presentibus Magnifico et Generosis Georgio Hylymco Marshalco Curie nostre et Capitano Bresten. Bohusso Bohorowymyco Marshalco nostro et Tenutario Came.





902d

619

151  
Grauholz  
Zur Schaffung eines  
deutschen Reiches  
der Deutschen  
Festungskette  
zu einer  
Gemeinschaft  
der Deutschen  
Festungen  
zu einer  
Gemeinschaft  
der Deutschen  
Festungen

15  
S  
XVIII. Jahrhundert. Sammlung  
der Stadt Bonn und des Landes  
Nordrhein-Westfalen  
Gebaut 1819 nach den Plänen  
des Baumeisters

Donatio n<sup>t</sup> M<sup>r</sup> Bo  
ne Pym<sup>le</sup> redit po hafson  
et a hez od Kreola  
legi Zigmanta mrolu  
1519